



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 13. Præclarè dicta ab Epicteto de hac materia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

Præclarè dicta ab Epicteto de hac materia.

A Deo hoc verum est ut quicumque fiduciam suam in Deo figunt, hujus Anachoretæ Sancti exemplo, iis nihil unquam possit accidere, quod vel timorem illis incutiat, vel molestiam afferat, quippe qui vident sapientissimâ divinæ providentiæ dispositione cuncta geri. Quid ergo metuant? quid melius quærunt quàm quod illis à Deo tribuitur? Ignavissimè homo, dicebat Epictetus; aliud expetis, quàm id quod melius est? An verò aliud quippiam melius est quàm quod visum Deo fuerit? Et vide ut alibi de seipso loquatur: Appetitum meum præbui obedientem Deo: vult ille me febricitare, volo & ipse; vult me aliquare potui, volo & ipse; nō vult? nolo; mori me vult? volo & ipse, &c. l. 2. c. 7. & l. 4. c. 1. differt Arria. Item l. 3. c. 5. hæc habet, Mihi quidem optabile est à morte me invadi, nulla alia re, nisi voluntate meâ curanda occupatum ut perturbatione vacuus & liber dicere possim Deo; Numquid præcepta tua violavi? Numquid ad alia sum abusus facultatibus quas mihi dedisti? num te unquam inculpavi? num gubernationem tuam reprehendi? Ægrotavi quia voluisti. Ægrotarunt &

& ceteri, sed & ego volens. Pauper fui te-
 lente, sed lætus. Non imperavi, quia tu vo-
 luisti. Nunquam appetivi imperium. Nun-
 quid me unquam hac de causa tristiorem re-
 didisti? Nunquid unquam vultu minus hilariter
 accessi? paratus si quid mandes, si quid impe-
 res, &c (vide Drexel. Heliotrop, l. 3. c. 12. §. 2.)
 Sic loquitur philosophus gentilis sed prolixus
 Christianè; qui confurget aliquando in iudi-
 cio condemnaturus eos Christianos, qui di-
 vine gratiæ & cœlestis doctrinæ luce claris-
 simâ illustrati eò perfectionis non pervenerunt
 quò ipse modico naturæ lumine; exiguâ
 quam rectæ rationis beneficio erat affectus,
 cognitio divinæ sapientiæ, bonitatis, potent-
 iæ, providentiæ aliarumque Dei perfectio-
 num, tantam in eo progeneravit fiduciam de
 divina protectione, ut nihil timeret, nihil de-
 sideraret ex omnibus, quæ nobis mundus
 proponit ante oculos, sed demississimè se
 subjiciens justissimæ sui conditoris disposi-
 tioni ejusque sanctissimæ voluntati velut fir-
 missimæ columnæ innitens generosa mag-
 nanimitate evocabar quasi ad duellum quid-
 quid creatum est ad turbendam pacem aut
 molestiam inferendam modis omnibus & ar-
 tibus quibus Astutia ipsa uti possit. De hu-
 jusmodi verè dici potest illud Prophetæ: Al-
 tissimum

issimum posuisti refugium tuum. psal. 90.
 Quam beatus quisquis sedem sibi fixit in di-
 vina providentiâ, velut in asylo securitatis, &
 excelsa arce super res creatas omnes per vo-
 luntatis suæ cum divinâ perfectam confor-
 mationem! Quis enim in cælo terræ muni-
 tor quietis locus? Quæ arx magis inexpugna-
 bilis, quam supremi Numinis providentiâ?
 Huic tam fido præsidio, tam firmo munimini
 quisquis fedit, quid pertimescat? Quam ingens
 sincerissimæ consolationis argumentum est
 posse dicere: Patior quod Deus vult me pati:
 facio quod Deus vult me facere: sum is & fa-
 ctus sum is quem Deus vult me esse, & nihil
 aliud, nihil majus, nihil melius esse aut habe-
 re concupisco.

§. XIV.

Voluntatis divina vis invicta.

TAm necessarium est ut verbum Dei im-
 pleatur & voluntas ejus fiat, ut facilius
 sit peire totum genus humanum & Angeli-
 cum & cælorum machinas resolvi in nihilum
 invitis creaturis omnibus, quam immutari
 Dei voluntatem. Propterea ait ipse per Pro-
 phetam: *consilium meum stabit & omnis vo-*
luntas mea fiet Evomat licet infernus omnes
 furias, & vires suas exferat, fractus illabatur
 orbis